



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Vinculum ad ieiunium astringens, quale sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Ieiunij vinculum. 333

Vinculum ad ieiunium astringens, quale sit.

QVo ad quartum) quale scilicet est vinculum quo tenemur ad Ecclesie ieiunia) ex communi interpretatione videtur vinculum precepti obligantis ad mortale transgressores ex obedientia vel contemptu: quia contra obedientiam directe ageretur: & hoc habetur pro certo, vel sine rationabili causa vera aut estimata, vel authorizata, non habita generali aut speciali gratia summi pontificis: quia tunc scienter ageretur contra opus preceptum. Et hoc ego non audeo ex iure scripto asserere: quia nullibi scio scriptum esse preceptum obligans ad mortale non ieiunantem quamvis inueniatur preceptum, hoc est statutum, obligans: hoc est, inuenitur preceptum ut distinguitur contra consilium, & non preceptum antonomastice, quod solum obligat ad mortale: ut in verbo preceptum, habes infra, & propterea quantum est ex iure scripto, nullum cognosco interuenire mortale peccatum in fractione ieiunii Ecclesie, si desit contemptus. Dixi autem generali gratia summi Pont. propter consuetudinem refectorii seu tinelli in curia Romana: ex eo enim quod cum pontificum tam diuturna scientia sic seruetur, curiales qui tenello sunt contenti, non frangunt ieiunia, quamuis panem cum acetario seu salarutio comedat vesperi, prout ibi dari consuevit: sed ieiunant more curie. Frangens autem ieiunium aliquo die, non toties quoties comedit, de nouo peccat, quia postquam illud fregit, non facit contra preceptum, quod impossibile est amplius obseruari. Et quia quolibet die potest quis seruare preceptum ieiunium illius diei: ideo de nouo quotidie peccat peccato omissionis, qui quotidie omittit ieiunium quadragesimae, &c. Hæc de quarto, & tota materia ieiunii, quam si amplius scrutari vis, videre potes commenta-

ria

na nostra super qua st. cxlvii. secunda secundæ.

Ignorantia quo casu vertatur in peccatū.

Ignorantia tunc tantum peccatum est quum quis
Ipoteft & debet scire aliquid siue iuris, siue facti, &
non facit quod in se est, vt sciat illud. Tenetur quili-
bet scire communia, & fidei & iuris, quæ communi-
ter à fidelibus Christianis communiter instructis à
parentibus & prædicatoribus & conuersatione Chri-
stiana sciuntur: vt articuli fidei, decem præcepta, præ-
cepta de confessione, communionem, & ieiuniis Eccle-
siæ. Non quod teneantur scire verba symboli, aut
annumerare decem præcepta: aut scire discernere præce-
pta: sed quod nouerint fide esse vnum Deum omni-
potentem, & Iesum Christum filium, & quod natus
ex Maria virgine, &c. similiter sciât quod solus Deus
adorandus est, nō esse periurandū, seruāda esse festa,
honorandos parentes, &c. Hoc enim est nosse & cre-
dere in actu exercito ea quæ quis tenetur scire. Et nō
consistit in scire verba hæc vel illa quæcunque sint.
Præter hæc autem quilibet tenetur scire illa quæ de-
bet ex suo officio aut gradu aut voto, &c. facere: quā
aliter non nisi à casu recte se habere possit in occur-
rentibus. Est autem ignorantia tunc tantum causa
peccati, quantum si quis sciuisset, peccatum illud non
fecisset. Nec excusat à peccato, nisi sit inculpabilis. Mi-
nuit tamen peccatum quia minuit voluntarium, nisi
sit affecta: quia tunc auget voluntarium.

*Superstitiosa imaginum obseruatio
damnabilis est.*

Imaginibus purè astronomicis vt ad affectus sub-
iectos cœlestibus corporibus, nullū peccatum esse
videtur: quia vt res purè naturales habentur, nec de-
bemus secreta naturæ præferim cœlestis influxus,
nō est